



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

Caput I. De distinctione inter monasteria monialium exempta, & non
exempta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Episcopale c. *Id constitutum*. 36. XVII.
 q. 4. Atrium, porticum, campanile,
 tectum, & quicquid ad totam externam
 fabricam pertinet; aut Ecclesie adhaeret,
 ut claustra, dormitoria &c. c. *Quisquis*
 21. XVII. q. 4. & DD. ad c. *si quis con-*
tumax. 20. ibi: *de atrio Ecclesia* &c.
 XVII q. 4. Quod autem olim de ex-
 tensione immunitatis ad quadraginta
 & respectu Capellarum vel minorum
 Ecclesiarum, ad triginta passus obinu-
 erat, ob Ecclesiarum frequentiam me-
 ritò plerique in locis ab usu recessit.



DECAS X.

*De Sanctimonialibus, Canonistis,
 Tertiariis, & Oblatis.*

CAPIT I.

*De distinctione inter monaste-
 ria monialium exempta, & nou-
 exempta,*

454. *Sanctimonialios propriè dicit,*

GL
 30

455. *Qui regunt monasteria non exempta.*
Episcopo quo ad hoc regimen plenè subjici-
untur.

456. *Quanam pertineant ad Episcopum in ex-
emptis; & de modo discretè tractandi in-
firmas mulierculas.*

454. **S**anctimoniales verè ac propriè
Sillæ dicuntur, quæ cum solemni-
tatem votorum substantialium emissio-
ne, prævio integro probationis anno,
in ætate per SS. Canones requisita, per
spirituale Matrimonium CHRISTO
specialiter desponsatæ sunt: eæque non
minus, ac viri Regulares, vel sub omni-
moda jurisdictione Ordinarii consti-
tutæ sunt; vel ex Apostolicis privilegiis
ab eadem exemptæ.

455. Monasteria non-exempta, si
eandem cum viris in eodem loco degen-
tibus regulam habeant, plerumq; com-
missa sunt regimini spirituali eorundem,
vel aliorum Regularium, qui in rebus
hanc administrationem concernentibus
æque, ac Regulares curam animarum
ex-

exercentes, vel sacramenta Clero & Populo administrantes, ipsi Ordinario sub-
jiciuntur.

456. In exemptis cura plerarumque rerum pertinet ad Prælatum Regularem, præter visitationem, custodiam choro-
ræ, approbationem Confessariorum, interventum & præsidium in electione Abbatissæ vel superioris, admissionem educandarum, explorationem voluntatis aspirantium ad habitum & professionem &c. quæ omnia à S. C. Trid. & diversis Pontificibus specialiter Episcopali providentiæ tantò laudabiliùs ac utilius demandata sunt, quò prudentius atque discretiùs tractandæ sunt in carcerata imbelles mulierculæ, quarum pudor ac congenitus timor nimio rigore ferendo non est; & mutabilitas eorum speciali freno & vigiliantiâ opus habet.

Deii

457. S.
qual
458. E
459. D
460. A
461. C
462. A
solen
463. E
464. A
465. O
466. F
tio A
467. F
468. G
ritu
469.
ne,
470. C
de e
bon
457.

Cant